

Rudolf Baumbach,
Hospitia sub tilia

tradukita de N. N. 62

1. Nulla gutta in poculo,
Nullus as in marsupio,
Languent cor et ora.
Vinum tenet lucidum
Me et nitor luminum,
Hera o decora!

2. "Notare creta non est mos,
Deficiente ea nos",
Hospita ridere.
"Si habes assem nullum iam -
Pigneri pone perulam,
Perge sed sorbere!"

3. Commutata perula
Cum spumante situla,
Ille vult meare.
Dicit hera: "Bibedum!
Laenam, baculum, pileum
Debes pignerare!"

4. Puer bibens perdit tum
Laenam, baculum, pileum,
Maestus dixit: "Cedo,
Vale, potio frigida
Et procera hospita,
Luminum dulcedo!"

...

Rudolf Baumbach,
Hospitia sub tilia

tradukita de N. N. 63

Scyphus sine guttula,
Saccus sine pecunia,
Sitis est fatalis.
Mero tuo nil suavius
Et ocellis nil clarius,
Hospitia virginalis.

"Non refertur in tabulam,
Quod non habeo cretulam,"
Copa cachinnatur.
"Si crumena est vacu,
Mi pro pignore peram da!
Porro tum bibatur!"

Peram iuvenis porrigit,
Urnas vini accipit,
Ire vult rebus paratis.
Copa tum: "Est pallium,
Pilleus ac baculum;
Bibe pignoribus datis!"

Bibens ille perdidit,
Quidquid antea habuit;
Tristis tum: "Discedo.
Vale, potio frigida
Et procera hospita!
Te suavissimam credo."

...

5. Dixit pulchra femina:
 “Si habebis pectora,
 Mihi pignerato!”
 Quid sit factum, narro nunc,
 Ardens os in ore tunc,
 Arsit inflammato.

6. Cantum qui hunc cecinit,
 Nocte leni tetigit
 Auras laeta mente.
 Pocula sunt posita,
 Iuxta sedit hospita
 Tilia sub florente.

*Traduko de la Germana poemo “Keinen Tropfen im Becher mehr” de RUDOLF BAUMBACH (*1840 – †1905) en la Latinan de N. N. 62.*

Arg-68-1740 (2013-04-06 22:26:51)

Tiu ĉi latinigo troviĝas en <http://ingeb.org/Lieder/keinentr.html>.

Dicit pulchra propere:
 “Pulsat cor in pectore,
 Quod sit meum ipsius!”
 Factum vobis defero:
 Copae in ore rutilo
 Arsit os alterius.

Carmen qui composuit,
 Nocte aestiva cecinit
 Vento obstrepente.
 Ante eum pocula,
 Iuxta pulchra hospita
 Tilia sub florente.

*Traduko de la Germana poemo “Keinen Tropfen im Becher mehr” de RUDOLF BAUMBACH (*1840 – †1905) en la Latinan de N. N. 63.*

Arg-68-1741 (2013-04-06 22:37:40)

Tiu ĉi latinigo troviĝas en <http://ingeb.org/Lieder/keinentr.html>.